

Christus Apostolis præcipere, ut negotiantes à templo excluderent, sed noluit, & sompro fuste percudit eos. Respondent primo Romani Pontifices, ac graves Patres, quod hujusmodi vendentes à Sacerdotum numero erant, teste D. Hieronymo in cap. 21. *Matth.* ac proinde non ab alio criminum vindice propulsantur, sed ab ipso Domino, ut inde manifestum fiat delinquentes Sacerdotes à Domino tantum esse castigandos. Eravit Sacerdos, à solo Deo est judicandus, & ante tribunal nullum aliud, quam Ecclesiasticum, ubi Dei vices aguntur, sistere debet. Anacleus epist. 2. *Vnde liquet, ait, quod summi Sacerdotes, id est, Episcopi, à Deo sunt judicandi, non ab humanis, aut prava vita hominibus lacerandi, sed potius ab omnibus fidelibus portandi, ipso Domino exemplum dante, quando per seipsum, & non per alium vendentes, & ementes ejecit de templo, & mensas numulariorum, & cathedras vendentium proprio evertit flagello, & ejecit de templo, sicut alibi ait: Deus stetit in Synagoga deorum, in medio autem deos dijudicat, Plalm. 81. num. 1. & alibi: Ego dixi, *Dij estis, & filij Excelsi omnes, ibid. num. 6. Similiter Pius I. epist. 1. Julius I. in scripto contra Orientales pro Athanasio. Idem habent D. Chryostomus homil. 22. Divus Cyrillus lib. 2. cap. 28. Dicant Magnates, sæculique potentes, quod Christus factus suo docet: cum à Salvatoris elementia valde alienum sit, manu sua aliquem cedere, vel percudere, & cum facile esset, Apostolis hoc demandare, totum tamen exequitur factus flagello, Sacerdotum causas ad alium præter se devolvi non permittit: nihil enim est ab omni æquitate & ratione magis devium, quam ut Sacerdos, qui est Prælati, pastor, & pater, judicetur à subdito, à filio, ac ove. Quod eleganter dixit Gregorius VII. lib. 8. epistol. 21. & refert Gratianus distinct. 96. cap. 9. *Quis debet, ait Sacerdotes Christi, Regum, & Principum, omniumque fidelium patres, & magistros cenferi: nonne miserabilis insania esse cognoscitur, si filius patrem, discipulus magistrum sibi conetur subjugare, & iniquis obligationibus illum sue potestati subicere, à quo credit, non solum in terra, sed etiam in calis se ligari posse & solvi?* Et circa hoc multos Patres, multaque juris loca adducit Suarez in defensione fidei contra Regem Angliæ lib. 4. c. 8. 9. & 10. Vide lib. 3. 9. 25. n. 120. & de hoc vide totam hanc quæstionem.**

Hieron.

Ecclesiasticus 4. linguens non à saculari potestate puniendus. Anacleus.

Plalm. 18.

Pius I. Julius I. Chryost. Cytill.

Greg. VII.

Suaris.

50. Quæ ad Dei reverentiam pertinent, per nos faciendæ.

Apoc. 12. & 20.

Greg. Mag. Evang.

metipsum quasi flagellum de funiculis fecit, & de domo Dei pravor negotiatores ejiciens, cathedras vendentium columbas evertit, quia subditorum quidem culpas per pastores percudit, sed pastorum vitia per seipsum ferit.

Cum ob peccata in Deum commissa homines sunt perendi, hoc negotium demandatur Angelis, qui plenas divina iræ phialas suas fundant in terram, mare, & flumina, Apocal. 16. num. 2. At cum Angelus Ephesi in officio suo delinqueret, ei à Domino dictum est: *Age penitentiam, & prima opera fac. Sin autem venio tibi, & movebo candelabrum tuum de loco suo, Apoc. 2. n. 5. Similiter Angelo Ecclesiæ Sardis dicitur: Si ergo non vigilaveris, veniam ad te tanquam fur, & nescies quæ hora veniam ad te, Apocal. 3. n. 3. Cur ergo ad interitum gentium Angeli destinantur; ad Principes verò Ephesi, & aliarum Ecclesiarum plebendos ipse Dominus se venire promittit. Illarum Ecclesiarum Angeli erant Episcopi, & Sacerdotes, & cum communi sententia docent D. Ambrosius Andreas Cæsareæ Episcopus, Primasius, Ansbertus, & alii. Dum ergo Reges terre, ac populi supplicio sunt afficiendi, res ad Angelos deferatur, ut totum exequatur: at dum res ad Sacerdotes devenit, pro infula honoranda, non Spiritus illi, sed ipse Dominus manus applicat, ut candelabrum moveat,*

51.

Apoc. 16.

Apoc. 2.

Apoc. 3.

Ambros. Andreas Primas. Ansbert.

52.

Baruch. 4. n. 15. Ezech. 7. n. 24. & c. 28. n. 7. tamen Heli ob peccata sua à Domino dicitur: *Præscindam brachium tuum, & brachium domus patris tui, 1. Regum 2. n. 31. Sed cur multas gentes venturas asseritur, ad destruendam Reges, populos, ac civitates, cum ad interitum, ad extinctionem domus Heli Dominus dicat, quod ipse præscindet brachium ejus? Cur ad populos puniendos in supplicium vocantur gentes; ad Heli verò ipse Dominus auctoritatis suæ quodammodo oblitus, tanquam flagelli artifex accedit? D. Gregorius ibi: *Et quia Heli, id est, majoribus Synagoga Sacerdotibus loquebatur, non solum brachium ejus, sed etiam domus ejus se præscindere minatur. Cum Sacerdotibus sermo erat, & ideo eorum expositulat reverentia, eos non ministris, sed majestati supremæ subdi. Alii protervè delinquentes per gentes plebantur; Sacerdotes verò per semetipsum Deus est dignatus panire.**

Baruch. 4. n. 15. Ezech. 7. n. 24. & c. 28. n. 7. tamen Heli ob peccata sua à Domino dicitur: *Præscindam brachium tuum, & brachium domus patris tui, 1. Regum 2. n. 31. Sed cur multas gentes venturas asseritur, ad destruendam Reges, populos, ac civitates, cum ad interitum, ad extinctionem domus Heli Dominus dicat, quod ipse præscindet brachium ejus? Cur ad populos puniendos in supplicium vocantur gentes; ad Heli verò ipse Dominus auctoritatis suæ quodammodo oblitus, tanquam flagelli artifex accedit? D. Gregorius ibi: *Et quia Heli, id est, majoribus Synagoga Sacerdotibus loquebatur, non solum brachium ejus, sed etiam domus ejus se præscindere minatur. Cum Sacerdotibus sermo erat, & ideo eorum expositulat reverentia, eos non ministris, sed majestati supremæ subdi. Alii protervè delinquentes per gentes plebantur; Sacerdotes verò per semetipsum Deus est dignatus panire.**

Gregor.

QUÆSTIO XI.

Quare, cum Christus Dominus tantam ejecerit multitudinem; nullas ei resistit?

Communis sententia est, quod involuntariè, & contra propriam inclinationem suam hi à templo sunt exclusi, ut notat Abulensis in cap. 21. *Matth. quæst. 79.* nam damna rerum suarum, quas quis valde amat, nullus sponte fert sæculi amator, ut erant hujusmodi vendentes, qui magna temporalia patiebantur damna, dum Christus Dominus è templo pecora abigeret, æsque omne, & mensas everteret. Deinde

53.

Abulens.

Deinde hoc etiam maximè ad eorum ignominiam conducebat, & tamen totum hoc negotium, non resistentes sustinebant. Hujus rei causam inquitimos.

54. Origen.

Hieron.

Alb. Mag. Hac et cetero miraculose facta.

55.

Levit. 26.

Deuter. 28.

Judith. 14.

Judic. 15.

Daniel. 2.

Plalm. 28.

4. Reg. 7. Quibus modis facta fuerit hujusmodi ejectio.

56.

Abulens.

Origen.

ut eum volebat, posset iracundiam hostium suffocare, quomodo essent innumeri; & sedare mentium turbidines; Dominus enim dissipat cogitationes gentium. Nisi Dominus in eorum mente imprimeret timorem, multitudo tanta ita facile à templo minime discederet. Secundò. Quidam procedentes in vultu Christi terribiles radii apparere, quibus exterriti hostes nullus resistere est ausus. Et Hieron. ita ait D. Hieronymus in cap. 21. *Matth. Igneum enim quiddam, atque sydereum radiabat ex oculis ejus, & divinitatis majestas lucebat in facie. Similiter Carthusianus, ac alii, Tertio: Exterior in Christi voce apparuit quid terribile; nam sicut in horto, militibus quærentibus se dixit, esse Jesum Nazarenum: Quo audio illi ceciderunt retrorsum, Joan. 18. num. 8. & ita audita Christi voce Dæmones à corporibus passim exibant; sic igitur à fortiori, viso in vultu lumine, & audita voce, isti in templo negotiatores loco cederent, ab illoque abirent.*

Carthuf.

Joan. 18.

57. Euthym. Conscientiâ arguit illos conscientia, ac confundebat, ostendens, & aguit, & quod justè hac fecisset, & dixisset Dominus. Bene loqui non siveriderant vendentes, se injuriosè esse ejectos, nit. taceat tamen omnes loquique nullus audeat; ipsa enim conscientia sui criminis conscia, accusabat, ac confundebat eos, & veluti à tantis reprehendebat delictis S. Macarius junior homil. 15. ita ait: *Cor habens mentem pro moderatore, conscientiam arguentem, cogitationes accusantes, ac defendentes. Ait enim Apostolus ad Roman. 2. num. 15. Testimonium illis reddente conscientia ipsorum, & inter se invicem cogitationibus accusantibus, aut etiam descendentes. Vides, quod conscientia non approbet ejusmodi cogitationes, quæ obsequamur peccato, sed confestim reprehendit: neque enim mentitur; nam illa, tanquam perpetuo reprehendens, testificatur, quod dictura sit in conspectu Dei in die iudicii.*

S. Mac. juni.

Rom. 2.

58. Chryst.

Secundò moraliter rem explicat Euthymius: *Sed neque his qua fecit, exasperati sunt: siquidem arguit illos conscientia, ac confundebat, ostendens, & aguit, & quod justè hac fecisset, & dixisset Dominus. Bene loqui non siveriderant vendentes, se injuriosè esse ejectos, nit. taceat tamen omnes loquique nullus audeat; ipsa enim conscientia sui criminis conscia, accusabat, ac confundebat eos, & veluti à tantis reprehendebat delictis S. Macarius junior homil. 15. ita ait: *Cor habens mentem pro moderatore, conscientiam arguentem, cogitationes accusantes, ac defendentes. Ait enim Apostolus ad Roman. 2. num. 15. Testimonium illis reddente conscientia ipsorum, & inter se invicem cogitationibus accusantibus, aut etiam descendentes. Vides, quod conscientia non approbet ejusmodi cogitationes, quæ obsequamur peccato, sed confestim reprehendit: neque enim mentitur; nam illa, tanquam perpetuo reprehendens, testificatur, quod dictura sit in conspectu Dei in die iudicii.**

Tertio eleganter D. Chryostomus homil. 22. *Cur Judæi, ait, qui in collatis beneficiis Christum accusabant, & persequabantur, cum credibile esset, tam acri castigatione gravius exardescere, non adeo iniquo animo tulerunt? nulla enim contumelia in eum usi sunt; sed quod signum, inquit, ostendit nobis quia hac facis? Animadvertitis invidiam incredibilem, & quoniam pacto in alios collata beneficia magis eos irriabant? Valde mirum, quod Christus Dominus hic in Judæos durissimè invehitur, eisque exprobrando injuriosè dixit, *Nolite facere domum Patris mei domum negotiationis; in eosque tanquam servos, fuste invehitur, atque flagello; & tamen patienter sustinent, & nihil moluntur in eum: videntes autem signa, & miracula ejus, statim dicunt: Quid facimus, quia hic homo multa signa facit? Joan. 11. n. 47. nempe infirmos sanando, oppressos liberando, mortuos resuscitando, & tamen in eum statim mortem ac crucem machinantur: plus enim exagitantur invidia, beneficiis, ac emolumentis, quibus alii subleantur; quam injuriis, verberibus, ac locri sui jactura, quibus ipsi deprimentur, atque vexantur.**

Joan. 11.

Invidiam malis corquetur alienis bonis, quam proprio malo.

Tunc stabunt justis in magna constantia adversus eos, qui se angustiaverunt, & qui abstulerunt labores eorum; & videntes turbabuntur timore horribili, & mirabuntur in subitaneione insperata salutis; Sapient. 5. n. 1. Ubi est sermo (juxta Chry-

59. Sap. 5.

Chrysof. Carthuf. Hugo.

foftomum epift. ad Cyriacum, Carthuf. Hugonem & alios) de illa magna fiducia, ac constantia, qua in extremo iudicio apparebunt iufti coram tyrannis, qui eos afflixerunt, ac cruciaverunt: & tunc perfecutores ipfi eorum felicitatem, gloriamque videntes turbabuntur pavore gravi, & præ inopinata eorum falute, ut legit Vatablus. Cur non dicuntur turbari audita fententia iudicis, *Ita maledicti in ignem æternum?* Cur non turbabuntur timore horribili, dum fe agnofcunt in mifererrimum inferni barathrum detrudi, ut ibi fulphureo igne cum dæmonibus in æternum cruciantur? Sed tunc maxime ingenti concitantur horrore, cum ante oculos eis iuftorum gloria præfentatur. Liran. *Videntes, ait, turbantur: quia videbunt iuftos gloriosos in corpore, & anima.* Dammati non tam de infelicitate fua anxiantur miferri quam de aliorum gloria; & plus dolent, quod alij beatitudine fime fublimati, quàm quod ipfi omnium miferiarum conditione fint deiekti, ac humiliati. Et ne recedamus ab ipfa Sapient. cap. 2. n. 24. ita ait: *Quoniam Deus creavit hominem inexerminabilem, & ad imaginem fimilitudinis fua fecit illum, Ividit autem diaboli mors in ovis in orbem terrarum.* Quia Deus hominem ex parte animæ condidit immortalẽ, (ita enim explicat Liran. Hugo. Carthuf. illam particulam *inexerminabilem*;) ideo in eum invidia exarfit diabolus; non quia ipfe dænon gehennæ igne cruciabat, fed quia ipfe homo cæleftibus donis ditabatur. Ita ait D. Ambrof. *lib. de paradiso, cap. 12.* dum expendit citatum Sapientia locum. *Invidia autem causa beatiudo hominis in paradiso pofiti.* Diabolus invidia hominis beatitudine potius, quàm fui damnatione rumpitur, & mille nocendi artes molitur in hominem vide *lib. 2. c. 10. q. 20. n. 66.*

Vatabl.

Liran.

cap. 2.

Liran. Hugo. Carthuf.

Ambrof.

Ioannis 2. n. 16. Et his, qui columbas vendebant, dixit, *Auferte ifta hinc, & nolite facere domum Patris mei, domum negotiationis.*

VERSIONES.

Vatabl. Arias. Ne facite domum Patris mei, domum mercatus.

D. Ifidorus Pelu. Tollite ifta hinc, & nolite facere domum meam, domum negotiationis.

EXPOSITIO.

60.

Cajet.

FLAGELLO ufus fuerat Dominus ad expellendos boves, & oves; fed ad columbas ejiendos flagellum inutile erat, fi quidem conclusæ exitebant, ut rectè obfervat Cajet. in ligneis caveis, in quibus columbæ venales in foro fervari folent. Et fi flagello ejiiceret eas, huc, & illuc evolarent, & magna in templo perturbatio fieret; ac proinde commodior fuit ejiendi modus, vendentibus dicere; *Auferte ifta hinc.* Per quod etiam fignificatur, ut rectè obfervat D. Ifidorus Pelufiota *lib. 1. epistol. 106.* D. Cy-

rillus Alexandr. *lib. 2. cap. 29.* D. Thomas & alii, quod jam appropinquabat tempus quo legis veteris sacrificia ceflare deberent, effeque à domo Dei transferenda. Et Chriftus ficut Dominus imperat, & ficut doctor adhortatur ad bonum; ut ait D. Cyrillus fuprà datus *quæft. 8.* & ait: *Nolite facere.* Noftiam indicat libertatem ad declinandum à malo, & fequendum bonum. *Domum patris mei;* rectè, ut notat D. Cyrillus citatus; & Rupertus, dicit Deum patrem fuum, quia ipfe eft filius naturalis Dei, & ideo non ait: *Domum patris noftri,* quia cum nos adoptivi filij fimus, communem ipfe nobiscum non habet filiationem. Et non ait, *domum Dei,* fed *patris mei,* tanquam fi dicat; hoc inter omnes optimo, ac peculiariter facio iure, ad filium enim naturalem maxime petinet, patris honorari confulere, ipfomque defendere, ac pro eius ftare rebus. Et quia nvis Chriftus Dominus hic patrem fuum diceret Deum, tam n ifti non funt exafpérati, ficut alibi fecere invidia obæcati Chriftum malitiofè de blafphemia arguentes, *Mat. b. 26. n. 65. & Ioan. 10. 32. & 33.* nam hic ut ambitioni dæmonis, ad nihil aliud attendebant, nifi ad pecunias, & lucra. *Domum negotiationis;* templum domus eft ad orationem, ac ad obfequium Dei, non verò ad prophana negotia deftinata.

Ifidor. Cyril. D. Thom. lam eff. d. legi veteris sacrificia.

Cyroll. Rupert.

Filius flet pro patris honore.

Matth. 16. Ioan. 10.

QUESTIO XI.

Quare Dominus columbarum vinditores flagello non percufferit, fed dixerit: Auferte ifta hinc?

QUOD Dominus columbarum venditores eliminaverit à templo, non folùm vulgari flagello, verùm & valde afpero, rigidoque fufte, exiftimat D. Ifidorus Pelufiota *lib. 1. epistol. 29.* Dominus enim, inquit, eos, qui columbas vendebant, flagris à templo exulit. Flagrum faviffimum verber eft, flagellum autem illius diminutivum. Tamen communis Parrum, ac Doctorum fententia eft, verbo faiffe eiektos, & aperte infinuat textus, prout facit diftinctionem ab aliis venditoribus; inquit enim: *His qui columbas vendebant, dixit: Auferte ifta hinc.* Nifi Ifidorus fignificare velit, quòd dominus vendentes columbas flagris infectatus eft prout daris verbis reprehendit. *Nolite facere domum Patris mei, domum negotiationis;* & afpera verba darius cædant, quàm crudele flagellum.

61.

Ifidorus.

Durius percussit verbis, quàm flagellum.

62. Vera refolutio.

Germana hujus rei refolutio eft, quam pofui in expositione, quòd cum columbæ in caveis ligneis effent inclufæ; vel fi forte inclufæ non erant, fi flagello perenterentur, exterritæ per templum magnam confufionem commoventes, huc, & illuc evolarent: ergo multò aptius funt exclufæ, dum eorum venditoribus dixit Dominus: *Auferte ifta hinc.* Et ita fervabatur reverentia templo, & homines pauperes, ut hujusmodi venditores erant, magnam non patiebantur jafturam. Alias verò hujus rei caufas morales indagemus.

Secundò Albertus Magnus, *Columbas,* inquit, non eiecit, nec fubvertit, fed dixit, de templo peni-

63. Alb. Magn.

Glossa.

Greg. Mag.

D. Thom. Bonavent. Hugo.

Simoniaci pestis fugienda.

Ejus pena inexplicabilis. Greg. Mag.

64. Rupert.

Pauperes venerandi.

Hieroni.

Gemitus pauperis divinum sollicitat iram. Psalm. 11. Psalm. 68.

Vatabl.

65. Pelufiot.

ejus auferenda, itaque nec ea contigere: causa autem hujus est, quia in columbis expresse Spiritus sancti gratia fignificatur, que per haresim simoniacam venditur. Unde Glossa, *specialiter simoniaca haresis damnatur* quibus dicit: *Auferte ifta hinc, ne in domo Dei ifta haresis undique appareat.* Idem docent D. Gregorius Magnus *Id. a. d. d. 13. lib. 4. epistol. 51. ad Virgilium Episcopum.* D. Thomas, D. Bonaventura, Hugo, & alii. Cum columba Spiritus sancti fit figura, qui columbas vendebant, simoniacam repræfentabant venenum, quo Spiritus sancti dona venduntur: eos non percudit Dominus, ut nos doceat, quod hujusmodi pestis omnino à nobis fit fugienda, ne eam atingamus, ne ejus labe coinquinemur; fed quòd ab Ecclesia Dei fit totaliter auferenda, ac eliminanda. Et tanti criminis pena non exprimitur, quia ejus fupplicium in hac vita inexplicabile eft; ex ea enim tanquam ex radice mala omnia pullulant. Et ideo, ut notat D. Gregorius Magnus *lib. 7. Indict. 2. epistol. 113.* *Inter omnes hareses simonia prima contra Ecclesiam orta, & diftricta maledictione damnata eft.*

Tertiò Rupertus *lib. 3. in Joan.* Valde notandum, ait, quòd in medio fervore diftrictis, in ifta flamma zeli ardentis, dum sine cura Sacerdotum matrimonia proficit; pauperibus; scilicet, his, qui columbas vendebant; non enim divites, fed pauperes hujusmodi aviculas vendere folent; pauperibus ergo parci, ut non exurber columbas, quas vadebant, quas cum exurbas evolaffent, ifti confequi non poffent, & aliquando damno affecti augebant, ac juve deplorarent. Duo valde notanda inculcat nobis venerabilis Abbas. Primò, Quanta in veneratione pauperes funt habendi, Dominus enim, cum aliorum, ac etiam Sacerdotum, ut vult D. Hieronymus, menfas fubverteret, eoſque perſequeretur flagello, vendentes columbas, cum effent pauperes, verberibus non tangit; fed in tam ardentis igne zeli domus Dei, illis ait: *Auferte ifta hinc.* Paupertas ipfa femper benevolam Domini attraxit animum, ut in iftam nimis propenfum. Maxime tamen expendamus ultima Rupertii verba: *Et aliquando damno affecti augebantur, ac juve deplorarent.* Columbas flagello Dominus non propulfavit, ne inde evolarent, ac pauperes apprehendere non valentes in lacrymas erumperent, & contra Dominum vociferarent: ut inde haberemus documentum quòd quantum fieri poffit, evitandum à nobis eft, ne in caufa fimus, ut egenorum lachrymæ effundantur, eorumque clamores ad verfum nos erumpant. Nihil magis penetrat cælum, quàm pauperum gemitus, ac fletus propter miferiam inopum, & gemitum pauperum, nunc exurgam dicit Dominus, *Psalm. 11. nom. 6.* *Ego pauper, & dolens; falus tua Deus fcepit me.* *Psalm. 68. n. 30.* Ex Hebraico legi poteft. *Ego fum pauper, & gemens; falus tua Deus* ut aliqui legunt apud Vatablum in ſcoliiis, *vindicet me:* In medium non producit innocentiam, & ſanctitatem ſuam, quòd injuſtè ab inimicis ſuis traheretur ad mortem; fed quòd fit pauper, & gemens; nihil enim magis ſollicitat divinam iram ad inferendum ſupplicium, quàm pauperum gemitus.

Quarto. In iſtis, qui vendebant columbas, præſequebantur Sacerdotes, ut docet D. Ifidorus Pelufiota *lib. 1. epistol. 106.* ideo Dominus eos publicè, ac manifèſtè cum aliis non verberavit

hominibus, ſed veluti in ſecreto ait: *Auferte ifta hinc:* nam Sacerdotum delicta, ob reverentiam eis debitam, non funt patenter punienda, ſed veluti in occulto reprehendenda, ut eleganter docet Anaclætuſ Papa *Epistol. 4. ad Episcopos Italiae.* Quintò Columbæ in die præſentationis pro Domino ſunt oblata. *Obrulerunt pro eo Domino par turturum, aut duos pullos columbarum.* *Luc. 2. n. 24.* ut dixi *ibi, & lib. 2. c. 5. q. 1.* Columbas ergo Dominus flagello non verberat; quæ enim tibi aliquando inſervire, famulatùmque præſtarunt, in bona reverentia ſunt ſemper habenda: nam quòd tibi aliquando, cum potuit, utile fuit, poſtea contemnere valde indecens eſt.

Sextò. Vendentes oves, & boves Dominus flagello percudit; at erga habentes venales columbas à flagello ſe abſtinuit & rationem proferret. *Auferte ifta hinc, & nolite facere domum patris mei domum negotiationis.* Cur flagellum in illis, cum iſtis verò rationis pondus. Qui majora pecora exponebant mercatori, erant nequiſſimi valde, avaritiæ, ambitioni omnique peccato rum generi maxime dediti: qui verò minores aviculas illas ſuis retinebant in menſis, valde ſcelerati non erat, ſed pauperes, humiles, imò, ut vult Salmeiron, majorum veſtigia ſequuti. Cum igitur magnis illis peccatoribus rationis libra nihil eſſet valitura, hæc eis non profertur, ſed tantùm flagellum, illo enim ſolùm hujusmodi prævaricatorum genus reſrenatur, ac reprimitur; cum cæteris autem, ut pote melioribus, intermittitur verber, multo efficacior ratio, nam boni illa maxime moventur, ac ducuntur.

Cum peregrinaretur Abraham cum Sara uxore ſua, & diceret ſuam eſſe ſorem, devenerunt ad Ægyptum, Pharaon illius Rex ob Saræ pulchritudinem eam ſibi aſſumpſit: *Flagellavit autem Dominus Pharaonem plagis maximis, & domum ejus, propter Saram uxorem Abraham,* *Genef. 12. num. 17.* Succedentibus rebus, cum duo illi ſancti conjuges ſe in civitatem Geraræ contuliſſent, Abimelech Saram tulit in domum ſuam; tunc Dominus venit ad Abimelech nocte, per ſomnium, & ait illi: *En morieris propter mulierem, quam tu ſti, habet enim virum.* Tunc reſpondet Abimelech: *Domine, num gentem ignorantem, & juſtam in reſpectu: nome ipſe dixit mihi: Soror mea eſt; & ipſa ait: Frater meus eſt: In ſimplicitate cordis mei, & munditia manuum mearum feci hoc* *Genef. 20. à num. 3.* Cui excuſationi Dominus condeſcendit, & interveniente Prophetæ oratione ipſum abſolvit. Sed cur ob idem commiſſum Pharaon magnis plagis flagellatur, cum Abimelech verò res magno rationis pondere diſcutitur? *En morieris propter mulierem, habet enim virum?* In hoc negotio Pharaon intentione mala ducebatur, Abimelech bona, ut teſtantur D. Auguſtinus *lib. 22. contra Fauſtum,* Auguſt. & ibi D. Chryſoſtomus, Theodoretus, Liranus, Chryſoſt. & alii. Cum ergo Pharaon luxuria, concupiſcentia, omniſque nequitia eſſet repletus, cum eo Lyran. omiſſa omni ratione ad Lybera devenitur: ad Abimelech, cum meliori eſſet indole imbutus: cum eo negotium examinatur iudicii libra, & tunc maxime cordis ſui ſimplicitatem declarat, atque munditiam. D. Auguſtinus citatus. *Pharaon, inquit, territus monſtris, multiſque propter eam malis afflictuſ, ubi ejus uxorem didicit, illam ſam cum honore reſtituit. Abimelech autem ſomnio*

66.

Ad iniquos

bonos eſt ratio

67.

68.